

mum autem erat Pascha Iudaeorum. Et as-<sup>97</sup>  
 cenderunt multi Hierosolyma de regione ante<sup>10</sup>  
 56 Pascha, ut sanctificarent se ipsos. Quae-  
 rebant ergo Iesum : et conloquebantur ad in-  
 uicem in templo stantes : Quid putatis, quia  
 57 non ueniat ad diem festum? Dederant autem  
 pontifices et Pharisei mandatum, ut si quis  
 cognouerit ubi sit, indicet, ut adprehendant  
 eum.

1-8 **12** Iesus ergo ante sex dies Paschae uenit Be-  
 thaniam, ubi fuerat Lazarus mortuus, quem<sup>98</sup>  
 2 suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei caenam<sup>1</sup>  
 ibi : et Martha ministrabat, Lazarus uero unus  
 3 erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo  
 accepit libram ungenti nardi pistici, pretiosi,  
 et unxit pedes Iesu, et extersit capillis suis  
 pedes eius : et domus impleta est ex odore  
 4 ungenti. Dicit ergo unus ex discipulis eius,  
 Iudas Scariotis, qui erat eum traditurus :  
 5 Quare hoc unguentum non uenit trecentis  
 6 denariis, et datum est egenis? Dixit autem  
 hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum,  
 sed quia fur erat, et loculos habens, ea quae  
 7 mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus : Sine  
 illam ut in diem sepulturae meae seruet illud.  
 Dt. 15. 11. 8 Pauperes enim semper habetis uobiscum : me  
 autem non semper habetis.  
 Ioh. 11. 56. 9 Cognouit ergo turba multa ex Iudaeis quia<sup>99</sup>  
 illic est : et uenerunt, non propter Iesum tan-<sup>10</sup>  
 tum, sed ut Lazarum uiderent, quem suscitauit  
 10 a mortuis. Cogitauerunt autem principes sa-  
 11 cerdotum ut et Lazarum interficerent : quia

<sup>55</sup> Ierosolymam SC <sup>56</sup> uenit SC <sup>57</sup> apprehendat S\* 12. 1 >  
 Lazarus fuerat SC <sup>3</sup> > pedes eius capillis suis SC <sup>4</sup> dixit  
 SC Iscariotis SC <sup>5</sup> uenijt SC <sup>7</sup> Sinite SC <sup>8</sup> habebitis bis S

multi propter illum abibant ex Iudaeis, et credebant in Iesum.

<sup>100</sup><sub>I</sub> In crastinum autem turba multa, quae uenerat ad diem festum, cum audissent quia uenit Iesus Hierosolyma, acceperunt ramos palmarum, et processerunt obuiam ei, et clamabant: Osanna, benedictus qui uenit in nomine Domini, Rex Israhel. Et inuenit Iesus asellum, et sedit super eum, sicut scriptum est: <sup>1</sup> Noli timere, filia Sion: ecce rex tuus uenit sedens super pullum asinae. Haec non cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia haec erant scripta de eo, et haec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quae erat cum eo quando Lazarum uocauit de monumento et suscitauit eum a mortuis. Propterea et obuiam uenit ei turba, quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisei ergo dixerunt ad semet ipsos: Uidetis quia nihil proficimus: ecce mundus totus post eum abiit.

Erant autem gentiles quidam ex his qui ascenderant ut adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Bethsaida Galilaeae, et rogabant eum, dicentes: Domine, uolumus Iesum uidere. Uenit Philippus, et dicit Andreae: Andreas rursum et Philippus dicunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens: Uenit hora, ut glorificetur Filius hominis. Amen, amen dico uobis, nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit,

12-15  
Mt. 21. 4-9,  
Mc. 11. 7-10,  
Lc. 19. 35-38.  
Ps. 117 (118).  
25, 26.

Zach. 9. 9.

2. 22, 20. 9.

11. 47, 48.

7. 35.

13. 1, 32, 17. 1.

1 Cor. 15. 36.

<sup>12</sup> Ierosolymam SC      <sup>13</sup> Hosanna SC      *disting.* Hosanna  
benedictus, qui S      <sup>19</sup> proficimus? ecce SC      <sup>20</sup> > quidam  
Gentiles SC      <sup>22</sup> dixerunt SC      <sup>23</sup> clarificetur SC